perpetrandum paratissimi, quod tamen fortes sint concessisse ne
tibi non probasse memento. Quamquam enim fortes fuerint Ca=
roli Quinti, Valentiniani, Davides, tres aut quatuor guttæ
non minus æquor efficiunt, quam tres Imperatores rufos laudent.
Ego verò toti tibi Provincias in laude invictissimo, atque
fortissimo nigrorum Nationis adduco, quos tu viros, nulli
(ut dixi:) in Asia nisi nigri, in Africa nulli præter ni=
gros, pauci in Palæstina, qui nigri non sint, et adhuc quæris
testimonia, et adhuc argumenta expostulas? nescis nigris
illis Imperatoribus Romanis ita odio fuisse rufos, ut ne
canem quidem habere voluerint rubrum, huiusmodi enim in Am=
barvalibus trucidabant. Verumenim verò cavete diligentissimè
ne decipiamini ab adversario Aud: ornat: pulchra fuerunt
illius verba, nescio utrum satis vera, nihil enim agit, si illu=
sionibus certandum credit, excutiamus enim quibus nitatur auctorita=
tibus: Theatrum inquit, illud divinum volumen: divinum volu=
men? egregiè: Hæreticus composuit, exclamare libet ô Hominem
pientissimum, ne rufos vituperet Hæretici volumina divina vo=
cat. Sed Pirrhus ruber fuit, qui Alexandrum Magnum profe=
rebat, et nimirum quia fœminæ manu occubuit, quia a Ma=
rio sæpe ex Italia pulsus est, quia sæpius Romanos fugit
quam viderit, sed illa oblitus est Adversarius, quia de rubris fuit,
si enim de nigris res fuisset in illas hyemales exclamationes
erupisset Pro Deos Immortales. o Scelus, et cæteras exclama=
tiones, res enim grandis est de barbis ut invocanda sit hominum
Superûmque fides. Iam verò Aud: Humanis: interrogo
quam familiarissimè quid vobis visum est, quando Carolus
Quintus